UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Divus Sebastianus Eberspergæ Boiorum Propitius, Seu Cultus Eiusdem Gloriosi Martyris à Prima Loci Fundatione Ad Nostra Usque Tempora Propagatus, Et Nunc Publicæ Luci Datus

Widl, Adam

Monachij

§. I. Udalrici Comitis, ob restitutam sanitatem, in Sanctum Sebastianum gratitudo, ejusdémque cum Ducis Carinthiæ sorore Matrimonium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37233

Visual Library

juſtis parentalibus honorata
Udalrico ſucceſſore, exſpectanti
dem ſupremam tubam, quæ ſ
ctos ex tumulis ad ſtricti judicis t
bunal tempore ſuo citatura eſt.

CAPUT V.

GESTA SUB UDA RICO I. ADALBERONIS FILIO, SEMPTENSIUM COMITU ORDINE REGIMINIS QUINTO.

§. I.

UDALRICI COMITI OB RESTITUTAM SANIT TEM, IN S. SEBASTIANUM G TITUDO, EIUSDEMQUE C DUCIS CARINTHIÆ SOROR MATRIMONIUM.

NUmeroſæ, uti dictum, p lis Adalbero parens e ſed Deo ſuas decimas gente in pœnam avaritiæ, brevi te

p

pore ad paucos redacta eſt familia. Jacuêre filij & filiæ, innocentiſſimi floſculi ſub mortis falce, in primo ætatis vere ſuccisi. Superfuit tamen ſtragi Udalricus cum duobus fratribus Adalberone II. & Udalſcalco unicáque Sorore Hademunda Quindecim aut ſedecim annorum erat Udalricus, cùm in paternam ditionem ſucceſſit. Omnia in ipſo erant eximia, forma, ſtatura, habitus corporis, indoles, Virtus, & cetera magnorum facinorum luculenta præſagia.

Gratitudo Vdalrici Comitis in S. Sebaſtianum

Primum ejus ab adita Toparchia negotium erat, prima ſolicitudo, quâ ratione Soſpitatori ſuo Sebaſtiano ſe gratum ſiſteret: Memor ſiquidem ſplendidi Miraculi nuper ſecum puero perpetrati, reddere beneficium recuperatæ Sanitatis cogitabat: ea námque propria ingenuorum Virtus eſt, redhibere benefactori, quod acceptum eſt: id, quod luculenter re ipsâ præſtitit,

ratâ inprimis habitâ triginta aure-
rum penſione, quam pater Adálbe-
voverat, imò etiam illâ ipſa auctâ,
tributis prætcrea D. Sebaſtiano p-
ribus villis ac prædiis, inter quæ
minatiſſimum etiam hodiedum
Hermanſtorffium Eberſpergæ vi-
num, aliáque dona argenteæ le-
cæque ſupellectilis liberaliter tem-
plo addicta.

Nuptiæ Vdalrici cum Richarde.

Altera cura erat, eáque honeſti-
ſima, ut paulò poſt Sponſam ad-
miliæ ſolatium & propagation-
ſibi conquireret. Obvênit ip-
utique Dei dono, nobiliſſima, &
quæ alia, religioſiſſima Richard-
Marquardi Carinthiæ Ducis ger-
na Soror, ſeculi ſui margarita.

Hademundæ Sanctitas.

ciſſim Udalricus Marquardo lo-
vit Sororem ſuam Hademunda-
raræ itidem Virtutis, ac caſtimo-
Speculum, quæ poſtmodùm e-
tincto marito, deſiderio Ter-
ſanctæ inviſendæ tacta ſpretâ do-
ſuâ, & fluxis bonis valere juſſi-
pa-

pauper & inops in Palæſtinam trajecit, ibidémque vitam ſanctè finiit, Miraculis etiam, ut legitur, poſt mortem illuſtris. De qua Heroina vide Raderum *Bavar. ſanctæ volum. ſecundo*, qui Auctor, ut tempora conciliet, non Marquardo I. ſed Marquardo II. id eſt, Marquardi filio nuptam aſſerit Hademundam.

§. II.

DISCESSUS RR. PP. CANONICORUM REGULARIUM. RR. PP. S. BENEDICTI EBERSPERGAM FACTA INTRODUCTIO. UDALRICI COMITIS RELIGIO ET LIBERALITAS.

SUb hæc tempora accidit transmigratio PP. Canonicorum Regularium S. Auguſtini Eberſpergâ diſcedentium, Udalrico Comite licet multùm reſiſtente, & planè invito, qui eos & amabat unicè, & Sanctis illorum vitæ exemplis ac labori-